

J.K.  
132  
32

*Peculæ a Principibꝫ Reciebꝫ*  
*culta*  
 non habentur offens & electi minima dignitatis  
 ad  
**AD**  
**VALEDICTIONEM**  
 DISCIPULI INFRA NOMINATI,  
 DIE CRASTINO,  
 IN  
**AUDITORIO MAJORI,**  
 INSTITUENDAM  
**VENERANDOS DNN. INSPECTORES,**  
**PATRONOS FAUTORESQUE**

NOSTROS OMNES,  
 MODESTE ET DEGENTER

INVITAT

M. GEORGII ANDREAS Binhold/ Rector.



*CYGNÆ,*

Literis Viduae BüSCHELIANÆ,

*22. Febr.*

*BIBLIOTHECA  
DENICKAVIANA*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt  
urn:nbn:de:gbv:3:1-713140-p0001-5



Lea tempus fallere non minori heroibus voluptat quondam fuit, quam præclaris facinoribus ingeniique admirabili excellentia famam nominis sui illustriorem reddere. Ita enim relaxare animum ab ingenti curarum mole & dare se jucunditati non noluerunt. Integrum erit, pauca quædam exempla in conspicuo posita loco hic adducere: quo facilius sit ad intelligendum, quomodo summa virtus intervalla negotiorum lusu vel dispunxerit, vel molliora fecerit, vel condiverit, vel etiam interpolarit. Omnem diligentiam suam hac in re adhibuisse Pelameden, inclitum belli Troici Ducem, e vetusta memoria apparet. Is ut diuturnitatem obsidionis Trojanæ velut oblimaret, & fastidiorum tantorum molestiam abstergeret militi, hoc ludendi genus dicitur invenisse. Aleam quippe sapienti quadam industria excogitavit atque ita finxit formavitque, ut turris seu pyrgus appofitus, per quem calculi mittebantur ad evitandas fallacias, altitudinem coeli exprimeret, ex quo, uti Græci existimant, aut mala ad nos defluunt, aut bona, prout vitam gesserimus: duodecim ductus, quorum singuli videbantur valli præse ferre imaginem, Zodiacum, h. e. duodecim signorum cœlestium, in quibus sol procedit, receptaculum & quasi balthicum referrent: area, in quam calculi conjiciebantur, & in ea septem grana planetarum stellas; & tabella ipsa, qua ludi solebat, orbem late patentem significaret, ubi quicquid jaciebatur, non secus ac in rebus mortalium diversi casus, id modo prosperum ac boni ominis plenum, modo triste, luctuosum, coniunctum cum damno rerum nostrarum haberetur. Adeo hic fortis humanae quædam adumbratio & imago expressa conspiciebatur. (a) Fuit ingeniosa fatis mulier inque alea tractanda non mediocriter exercitata, quæ cum Artaxerxe, Perfarum Rege, & ante bellum adversus Parysatidem suscipiendum crebro ludebat, & post bellum aliquando Regem pellit otio languentem provocatoque ad ludendum in mille Daricos viatoriam non invita concessit, nulla interposita mora persolvens, quod debebat. Cum vero vieta dolorem atque ægritudinem simularet, petretque, sicut solet in tali negotio, ut de eunupo alea jaetus instauraret, & jam utrinque placuisset conditio, cui forruna favisset, is victor in præmium ex fidissimis, quem vellet, eunuchis eligeret: jamque viatrix insidiosa Mesabetherum Regi acceprissimum sibi sumereret: Rexque ipse incensus in eam stomacharetur: mulier callida iracundiam risu amarulento & ad proritandum vel mitem animum composito exagitavit. Unde patuit, Artaxerxi sui parum potentem temperare sibi ab hoste domestica hand didicisse, iracundia. (b) Felicissimus Romani orbis Imperator, Augustus, magnificum animum ac suo dignum seculo ostentaturus eidem studio aut potius oblectamento non nihil temporis etiam in senectute impendit. Scriptit ad Tiberium epistolam, in qua se gloriatur non parum aleatoria tabula recreatum *γεροτικῶς* lufifile, i. e. eo more & modulo, qui in personam senis aut senectæ proximam cadere posse videatur. In quo verbo quantum insit, majori diligentia magnus ille litterarum flator, Erasmus, anquifivit prescriptisque, & facem hujus antiquitatis appetentibus pro confuetudine sua luculenter accedit: lufisse videlicet Octavium more senum ita, ut, qui canem jecisset, apposuerit denarium; qui senionem, nihil quidem tunc abstulerit, sed alter tantum apposuerit suum: si plures seniones exivissent, rotidem & numeros alter addiderit; Venus autem bene cumulatum acervum omnino sibi vindicabit: cui nec senio evenerit, nec canis: nihil aliud perdiditerit, nisi mittendi vicem. (c) Verum si quis ulterius Suetonianum locum expendat, latet in illo paulo plus, ac fine dubio singularis aliqua ludendi ratio. Itaque regia potius munificentia & modo, damnata vulgi avaritia, Principem indulgentissimum resuscisse sernet putem, neque tam lucri cupidine adductum, quam gloria & delectationis caussa aleam tentasse si affirmem,

(a) *Swidas in vocet ad Ægæam. Job. Antiochen. apud Salmas. p. 463.*

Ariæ.

(b) *Plut. in vit.*

(c) *Colleg. fam. d. missu taler.*

mem, haud equidem mea sententia errabo. Idque ipse allata in epistola de se aperte profiteretur: cœnavi, mi Tiberi, cum iisdem. Accesserunt convivæ Vinicius & Silvius pater. Inter cœnam lusimus *yegovnūō* & heri, & hodie. Talis enim jaſtatis, ut quisque canem aut ſenionem miferat, in singulos talos singulos denarios in medium conferebat: quos tollebat universos, qui Venerem jecerat. Et rurſus aliis literis: Nos, mi Tiberi, Quinquatrii ſatis jucunde egimus. Lufimus enim per omnes dies forumque aleatorium caſecimus. Frater tuus magnis clamoribus rem gemit. Ad ſummam tamen perdidit non multum, ſed ex magnis detrimenis præter ſpem palatium retractus eſt. Ego perdi viſtigii millia nummūm, meo nomine: ſed cum effuſe in lufu liberalis fuſſem, ut ſoleo plerumque. Nam fi, quas manus remiſi cuique, exegiſſem, aut retinuiſſem, quod cuique donavi, viſiſem vel quinquaſinta millia. Sed hoc malo. Benignitas enim mea me ad cœleſtem gloriam efferet. Sribit & ad filiam: miſi tibi denarios ducentos quinquaſinta, quos ſingulis convivis dederam, ſi vellent inter ſe inter cœnam vel talis, vel par impar ludere. (d) Nempe ludentes demere quicquam noluerunt per partes, licet jaſtus alioquin hand infelices emergerent; potius plura identidem tantisper conſulere, donec exoptata Venus emicaret, auſſerens ſimul omnem colleceti argenti ſummam. Quare fiebat, ut colludentes cum Principe Romani imperii ſepiuſ exhaustirentur, crumenamque emungerent ipſiſque ad incitas redigerentur, niſi quod Principis laudatissimi liberalitas pro æxario opulentio eſſet, qui inopia voluntaria magnifice ſuccurrebat, largiendo de ſuo, quoties urget neciſtas, aut ſicubi addendum foret de nuo, condonando, ne quid ab altero addi oporterer. (e) Nero in omnem effuſus luxuriam quadragenis in punctum feſtertiis lufi aleam, & dena aureorum noſtrorum millia, non in ſingulos caſus, ut vulgaris conſuetudo eſt, ſed in ſingula puncta, conſumebat, quotiesque alter punctus eſt ſuperior, toties decem millia tollebat, contra amittetor tortidem, qui minus jecifſet. (f) Claudium Cæſarem hujusce voluptatis tantus ardor inflammavit, ut & librum ipſe Imperatoriis implicatus curis de lufu aleæ conſcribere, & in geſtatorio, hoc eſt, leictica, qua circumferebatur, ludendo ſe reficere non erubuerit. (g) Cumque id vitii in Syria concepiſſet Ve- rius Imperator, fertur & perpeti nocte ei deditus fuſſe. (h) Niſi præſen- tis instituti ratio festinatioque prohiberet: in medium producerem heroes aleatores quamplurimos, quorum plena hiſtoria eſt. Namque & Attalus ille Asiaticus ingenii ſui vim huic ſtudio & ipſe applicuiffa di- citur, deflectens materiam ludenti paululum ab exercitio numerorum. Etenim cum antiquioribus exercitationeſ illæ maxime placent, quibus ad indagandam veritatem inducimur, vel ad vitam laudabiliter inſtruendam pervenimus, ille contra ea ſubtili quidem, ſed non admodum fru- tuoſa ſpeculatione hand temperavit veterum exercitiorum duritiam, ſed emollivit quaque effeminauit. (i) Ptolemaeum, Alexandrum, Cæſarem, Catonem, iſum quoque Samium graviores operas ejusdem volu- pratiſ dulcedine condire ſolitos, relatum legimus: quo eriam inter luden- dum id ageant, unde eſſent Philosophicis negotiis aptiores. (k) Luden- tem teſſeris & duas quatuorque jacientem Achillem, Græcorum omnium fortiſſimum, tragedia inducit. (l) Ad indignationem uisque Matthias Hunniades alea lufi eo tempore, cum ſt tertium Regi Polonorū ac Bo- jemorum ad Breslam opponebat. (m) Nec Jacobus Regum doctiſſiſimus filio ſuo Henrico lufibus omnino interdixit. (n) Q. Mucius Scævola an- immuſ foreniſibus ministeriis fatigatum recreaturus alveo quoque vaca- vit, cum bene ac diu jura ciuium & ceremonias Deorum ordinaverit. Sicut enim in rebus ſeriis Scævolam: ita in lufibus heroicis (ita legendum, non ſcurrilibus) hominem agebat, quem rerum natura continuū laboris pa- tientem eſſe non finit. (o) Quanti aleam Pompejus Magnus aeftimaverit, illud argumento fuerit, quod alveum Romam tranſtulerit cum teſſeris lu- forium

(d) Sueton. in Ang. c. 71. (e) conf. Scenſilebins d. alea vet. (f) Guil. Budens l. 4. d. aſſe & partibus ejus. (g) H. Corn. Agrip. d. van. ſcient. c. 14. (h) Jul. Capit. in ejus uit. (i) Job. Sariber. d. nug. curial. l. 1. c. 5. (k) Sariber l. c. (l) Enripid. in Teleph. (m) Pic- cart. ex uit. Carol. V. s. (n) Bernegger. in Tac. qu. 132. (o) Val. Max. l. 8. c. 8.

327 Th. 511

303 4155

foritum è gemmis duabus latum pedes tres, longum pedes quatuor, nulla gemmarum magnitudine eo tempore ad hanc amplitudinem accedente. (p) Quantumq; hac in remissione sibi indulserit Gothorum Rex Theodoricus, concisis sed facundis verbis dicam. Sidonii Apollinaris: horis meridianis viro (Theodorico) rabula cordi est, tesseras colligit rapide, inspicit sollicito, volvit argute, mittit instanter, joculanter compellat, patienter expectat, in bonis iactibus tacet, in malis ridet, in neutrīs irascitur, in utrisque philosophatur, secundas fastidit vel timere vel facere: quarum opportunitates spernit oblatas, transit oppositas, sine mora evaditur, sine colludio evadit, putes illum & in calculis arma tractare, sola est illi cura vincendi, cum ludendum est, regiam tantisper sequestrat severitatem, hortatur ad ludum, libertatem communionemq; dicam quid sentio: timet timeri, deniq; oblectatur commotione superati, & tunc demum credit, sibi non cessisse collegam, cum fidem fecerit victoria sua, bilis aliena, quodque mirere, saepe illa laetitia minimis occasionibus veniens ingentium negotiorum merita fortunat, tunc petitionibus diu ante per patrociniorum suffragia iactatis, absolutionis subitate portus aperitur, tunc ego etiam aliquid obfrecratus feliciter vincor, quando mihi ad hoc tabula perit, ut caussa salveretur. (q) Neq; indigna visa opera, qua Principis maximi, variæq; & recondita doctrina prædicti industriam excueret. Quippe volumen illud de ludo Scacchico cum eruditorum applausu suscepimus ficto quidem nomine Gustavi Seneli prodiit: at nec diu occultavit Autorem suum, Augustum Brunsvincensem & Luneburgensem Ducebat. (r) Et sane ipfa antiquitas heroum curas non removit ab alea, sed potius dedita opera enixa est, ut memoria heroum etiam inter ludendum recoleretur: siquidem in talis puncta ab heroibus denominata reperiebantur. Qui enim in talis Basiliicum, i.e. Regem jecisset, Rex in conviviis & dictator portandi eligebarat. (s) Inter talorum iactus haud postremus fuit coma Berenices, Ptolemai Philadelphi & Arsinoës filiae; item Darii & Alexandri, (quorum prior sine dubio vietus, posterior viator habebatur) nec non Antigonus. (t) Zenonis quoq; Imperatoris mentio fit in Agathiae Scholastici epigrammate, quod à nemine haec tenus exponi potuit. (u) An vero heroi convenit alea tempus terere? Patricium si audimus, non convenire persuadebit, & vetitam legibus aleam sedulo & gnaviter obtendet: præcipue cum suppetant alia, quibus tam sublimis indoles jacendo, currendo, saltando, luctando, pugnando otium virtutis caussa conficiat. Nec Augustum expavisse rumor, nec caruisse nota infamia. In bello enim Siciliensi vulgato epigrammate infammatum: postquam bis classe vietus naves perdidisset, aliquando ut vinceret tandem, lusisse assidue aleam. (w) Et certe negotiorum publicorum onus, quod humero Principis impositum est, hanc vix admittit relaxationem animi alias non prohibendam. (x) Sed manum de tabula. Iudicent de hac re illi, qui aulicis artibus penitus imbuti sunt. Nos occasionem de alea heroum dicendi arripiimus, quam discipulus haec tenus noster,

JOHANNES CASPAR RASKIUS, Cygneus, suppedavit nobis, dum de tempore bene collocando dicturus merito in aleatores invectus est, ideo, ut semet studiis Academicis ardentius pararet, & dilecta patriæ vale ultimum diceret. Dicenti respondebit votumque addet

GEORGIUS DAVID VOEGLERUS, Libenwerdensis Saxo. Deus fortunet juvenis conatus animumque à seculi vitiis abhorrentem porro instillet! P.P. Cygneæ, d. 25. Sept. 1703.

(p) Plin. l. 37. c. 2. H. N. (q) l. 1. ep. 2. (r) Diethe. medit. ad Besold. thes. pract. Courting. d. bibliotheca Augusta p. 151. (s) Horat. l. 2. ed. 7. Plaut. in Circucl. 2. 3. 79. (t) v. Menr. neptilia. Sosteric Palamedes. Senffilebii alea vet. (u) Robertellus in not. ad Epith. Catull. vers. da nuces pueris. (w) Franc. Patric. l. 3. tit. 10. de regno & Regis institutione. (x) v. Pfeiffer. prefat. dialogi Rabb. d. Infuso converso.



VDA 8

MTC

# VALEDICTIONEM

DISCIPULIS

AUDI

VENERAN  
PATRO

M. GEO

R I,

ECTORES,  
ESQUE

ER

R/ RECTOR.

ANAE,

Farbkarte #13

Centimetres

Inches

